

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De orando pro variis necessitatibus. C. X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

90. *Quintū de donanda in primis Deo in perpetuum tota propria voluntate ac libertate, ita ut nihil unquam velis velle: nil detractare aut nobis, nisi iuxta voluntatem Dei, declaratam per Superiorum vicarios Dei. Tales actus augent valde habitus praecepsorum virtutum, & summoperē, praecepsrum ultimus, placet Deo. Nam, vt*

*Ito. mot. ait S. Gregorius, Qui perfecte Deo placere desiderat,*

*sibi de se nihil relinquat. Nihil autem relinquit is,*

*qui ex animo Deo talia desiderat & proposita offert, & se quo dampno cum tota sua anima, praecepsrum voluntate, immolat. Et non scio an*

*perfectius sacrificium internum in hac vita possit Deo offerri, his oblationibus propositorum, praecepsrum, si sunt cum magno ardore ani-*

*mi, ob quem vi loquitur S. Chrysostomus, Anima efficiuntur thuribulum, & ignem vehementem accendit promptitudine & animi alacritate, & ardenti*

*& ferventi animo. Hunc affectum ultimum posse videtur S. Ignatius, in Contemplatione de amore spirituali, in quarta hebdomada: Suscipe Domine vniuersan meam libertatem, accipe memoriam, intellectum, atque voluntatem omnem. Quicquid habeo vel*

*posideo, id mihi largitus es, id tibi totum restituo, ac tue*

*pro rūs voluntati tradō gubernandum. Amorem tui*

*solum cum gratia tua mihi dones & diues sum sati, nec altius quicquam ultra posco. In quibus omnibus*

*verbis, summa exinanitio spiritus nostri, Deo offertur, si prout verba sonant, homo ex corde*

*totum id offerat Deo, quod verba prolata exigunt. Nam in hoc affectu quasi radicem & to-*

*tam arborem donamus Deo, ex qua procedunt*

*omnes nostræ actiones Deo gratae, & omnes*

*(vt ita dicam) passiones, quia qui talem resolu-*

*tionem habet, haber perfectissimam indifferen-*

*tiam, circa loca, circa personas, circa occupatio-*

*nes, circa gradus, & circa alia omnia. Et talis, a-*

*nimi proposito, est plane mortuus mundo, &*

*facit se tanquam iumentum Dei, vt de illo dis-*

*ponant Superioris pro libitu suo. Quod est per-*

*fectissimum genus incurvi sacrificij, & spiri-*

*tuale quoddam Martyrium. Nam, vt ait S. Hie-*

*ronymus, Deuota mentis immaculata seruitus, quo-*

*tidianum martyrium est. Quantu autem meriti sint*

*tales apud Deum, ipse Deus ostendit S. Catharinae*

*Senensis: Si peteres, inquit, a me, qui sunt isti, ti-*

*bi responderem (afferebat amabilis & omnipotens Deus)*

*ipsi sunt, alter ego: quia sponte perdidereunt, & abne-*

*gunt coram propriam voluntatem, facili mea voluntati*

*conformes & uniti: sunt eam in omnibus indui. Vnde*

*& S. Ignatius, quam grata sit Deo illa liberali-*

*tas, quæ exprimitur in affectibus ex contempla-*

*tione excerptis, ostendit his verbis, quæ sunt*

*postea posita in Regula 9. Summarij. Quand se*

*aliquis arctius Deo adstrinxerit, & liberaliorem erga*

*summam Majestatem se presumerit, tantu eum in se li-*

*beraliorem experietur, & ipse in dies magis magis,*

*idoneus erit, ad gratias, & dona spiritualia vberiora*

*recipienda. Et hoc nos à Deo petere, dum in ora-*

*tione Dominica dicimus, Fiat voluntas tua sicut*

*ep. 27. ad Klostoch. c. 1. §. 22.*

*3. p. Cöst. 1. 5. 22.*

*in celo & in terra, ait Abbas Isaac apud Cassianum, Ut scilicet sicut voluntas Dei ab Angelis impletatur in celo, ita etiam hi qui in terra sunt, non suam, sed eius vniuersam faciant voluntatem.*

## CAPUT DECIMVM.

*De orando pro variis necessitatibus.*

*Q*uartum genus affectuum potest esse, feruens 91. oratio pro necessitatibus communibus mundi, praecepsrum pro spiritualibus. Placet hæc 2. Mach. Deo charitas, unde merito Onias summus Sa- vit. 12. 14. cerdos apparet Machabæo, orans pro omni populo Iudeorum, indicavit eidem, Jeremiam Propheta tam multum orare pro populo & vniuersa ciuitate sancta. Multi hoc charitatis affectu Sancti feruer- bant. Iis anumerari potest P. Petrus Faber, qui, vt de eo scribit Orlandinus in eius vita, sine vlo 1. 2. c. 17. discrimine sinus suos erga omne genus hominum expli- cat. & pro omnibus satagebat ante Deum, & quid quis perditus magis ac profligatus, &d illam misericordia maiori complectebatur. Quod vero precium esset via aerior, erigebat eas, excicabatq; & inflammabat cogitationibus altissimis. Quorum causa instaurar preces, eos proponebat sibi, vi pretioso redemptos Christi san- guine, vt eiusdem hereditatem ac regnum, &c. vnde siebat, vt finul excitaret studium suum, personarum dignitatem ac pretium intuens, simul optimo Deo, Christi Sanctorumq; eius merita, sensu maiore proponebat, ac denuo assueceret ipse, magnificam de uno- quoque opinionem animo gerere.

In genere vero, inter necessitates aliorum, po- nenda sunt primo loco totius Ecclesie Sanctæ Dei. Ideo Deus Pater S. Catharinae Senensi dicitur. 109. Valde sollicitè debes orationes effundere pro crea- turi, omnibus rationalibus, & pro corpore mystico Sæ- de matris Ecclesie, atque pro illis, quos tibi tradidi, vt amore singulari diligas. Tales autem preces, quā sunt fidei, Ecclæ, Ecclæ capiti ac Sponsi, acceptæ, diuinitus intellexit S. Gertrudis: Quicunque legit saltem vnum Pater noster & Ave Maria, vel aliam insin. diu. quancunque orationem, vel Psalmum, ex parte, sive piet. pro salute totius Ecclesie, filius Dei mox illud tanquam fructum sua perfectissima Humanitate gratis accepit, pro ipso gratias agens Deo Patri benedicit, & ex illa benedictione multiplicatum distribuit vniuersa Ecclesie, ad profectum salutis eterna. Suadeo autem pro Sancta Ecclesia quotidie dicere illam ora- tionem ex Missali Romano: Ecclesie tua quesumus Domine preces placatus admite, vt desfractis aduersitatibus & erroribus vniuersis, securi tibi seruias liber- tate. Vel illam, quæ mihi magis placet, quia potiora pro Ecclesia petit: Omnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totum Ecclesie corpus sanctificatur & regitur, exaudi nos pro vniuersis Ordinibus suppli- cantes, vt gratia tua munere, ab omnibus tibi gradibus fidelibus seruat. Et illam: Custodi Domine, quesu- mus, Ecclesiam tuam, propitiatione perpetua, & quia sine te labitur humana fragilitas, tuis semper auxiliis

& abstrahatur à noxiis, & ad salutaria dirigatur per Dominum nostrum &c. Præterea illa quoque, pro quibus paulò post dicam orandum esse, non absoluè commendanda sunt Deo, sed cum respectu ad incrementum felix Ecclesiæ, quod sequitur ex concessis illis gratiis, quas pro viuis & defunctis petimus. Hoc spiritus S. Paulus Apostolus valde orabat pro Ecclesia, ut ex eius Epistolis appareret. Hunc imitatus S. P.N. Ignatius, hoc ipsum ardentissime quotidie faciebat, simul orans pro Summo Pontifice, & pro Regibus ac Principibus, ex quorum felici gubernatione vivueret tranquillitas Ecclesiæ, pendet, vt scribit Ribadeneyra in eius Vitâ.

Cæterum descendendo ad particulares mœtrorum Ecclesiæ necessitates, commendanda est Divina Majestati, idque sepe & ardentiter. 2. par. c. 5.

32. Primo. Conuersio illorum, qui sunt in peccato mortali, vel ob malam fidem (uti sunt Gentiles, Iudei, Heretici, Schismatici) vel ob malam vitam, vel mali Catholici. Hoc vehementer ex petit Deus. Hinc Deus Pater dixit S. Catharinae Senensi: Ego vos affectuose deprecor, ut affidue me rogetis pro salute peccatorum, quorum à vobis exigo suores aque lacrymosas orationes, ut eis impendam, ut opto, misericordiam gratiosam. Quibus verbis illa auditus, multum inflammatu diuinâ caritate, & tanquam ebria, & que semetipsam in se contineare non posset, dixit: O diuina misericordia, & eterna bonitas, non admiror, si de conuersis peccatoribus ad te redeantibus dicas: Ego non ero memor iniuriarum quas mihi fecisti, sed quia ita dicas illis, qui sic crederâ certius, te suis iniquitatibus quotidie persequuntur; Ego dicens, volo quod me pro illi affectuose rogetis, ut ego eis misericordiam impendam, ut opto. Conformato nos igitur debeamus tantâ misericordiâ D. Dei nostri, adeo inimicorum suorum conuersionem expetentis, & pro illâ orare. Et alibi sic ei dixit: Deleterius in crucem manducando cibum animarum ad gloriam arque laudem sancti mei nominis, iugiter emittendo magnum cum cordis anxietate, super morte generis humani: quia vides ipsum ad tantam miseriariam addendum, quod lingua tua nescire exprimere. Cum huiusmodi magis & clamore meorum amicorum dispono mundo facere misericordiam. Et hoc est, quod à te, nec non & ab aliis amicis meis iugiter expto: Et hoc erit pro signo, quod in veritate me diligatis. Et ego promitto vobis, vestra sancta desideria nullo modo contemnere.

Huc spectat à S. Paulo commendata obsecratio, Cal. Coll. tio, id est, ut exponit Abbas Isaac: Imploratio remissionis peccatorum. Ostendit Deus pluribus Sanctis, talen affectum sibi esse valde gratum. Nā cum S. Catharinâ Senensi loquens Deus Pater, 3. par. c. 17. sic conqueritur, & monet: Vide Filia, quantis percatis me percutiunt, specialiter amore proprio sui ipsorum, unde omne malum procedit; quo amore proprio, vt veneno, inficerunt totum mundum, qui amor à superbia procedit, & continet in se omne malum &c. Vos

Lancij Opusc. Tom. 2.

itaque serui mei, preparate vos cum multis orationibus, & anxiis desideriis, & cum dolore de offensa mihi factâ, & de damnatione ipsorum peccatorum, & ita mitigabitis iram meam diuini Iudicij. Præclarum huius rei exemplum reliquit B. Clara de Monte Falco Ordinis Sancti Augustini. Cum enim pro quodam magni onusto sceleribus, & conuersione ad ultimos vitâ annos differente orare capisset, & semel atque iterum sensisset, se à quadam yi occultâ repellî ab oratione, & vocem internam audisset, ne pro illo scelesto oraret, quippe non exaudienda tertid ad orationem rediens, illius conuersionem impetravit hoc modo: Constituit se ante iudicem Christum, quasi onus a omnibus illius hominis peccatis, & tanquam talis obligauit se ad satisfaciendum pro illo, & ad recipiendam totam illam penam quam vellet, & quam exigerebatur ordo diuina iustitia, dummodo animam illam Diuina conuertere bonitas dignaretur. Hic actus adeo placuit Domino, ut subiudicatus ille ante pectorum conuersus fuerit & deinceps piè vixerit. Ita scribit in Vi-

ta B. Claræ Baptista Pergilius.

Atque hæc fuit causa, ob quam S. Teresa sua pro monialibus monasteria fundauerit, quemadmodum ipsam scribit: Ut cum tam multi sint, qui Deum offendunt, moniales sua pro illorum conuersione orarent, nec non aßidue pro defensoribus Ecclesiæ, pro Concionatoribus alijs, viris doctis ipsam propagantibus. Ista vero vt scribit Didacus Iepesius in 1. 3. c. 25. eius Vita, noctes integras consumebat orando & flendo pro conuersione animarum, præsertim heresi infatarum, & dedisset mille vitas, si posset unum tantum animam conuertere. Et in quadragesima anni, quos exegit in orationis exercitio, nihil magis à Deo petebat, quam dilatatione diuina gloria & Sanctæ Ecclesiæ augmentum: nec curabat diuinus herere in purgatorio (quod procul dubio experta non est, tam ignita caritate ardens dum viueret) dummodo Deus magis cognosceretur ab hominibus & amaretur. Quod ipsum S. P.N. Ignatius adhuc secularis, dum orans à terra in altum eleuaretur, diuinâ virtute, & cælesti splendore circumfusus radiaret, petebat à Domino.

Sic & B.M. Magdalena de Pazzis, teste eius Confessario Puccino, valde commendabat suis monialibus, ut ardenter orarent pro salute animarum, & conuersione peccatorum: Et hoc exercitium dicebat esse valde Deo gratum, & proprie saluti proficuum. Qui zelus magis procul dubio in ea crevit, postquam S.P.N. Ignatius à B. Virgine ad eam missus, de humilitate præclara monita ei tradiditurns, suum de humilitate sermonem sic conclusit: Quemadmodum Verbum incarnatum constituit Apostolos pascatores hominum, ita constituit suas sponsas, ut faciant predam animarum. Quod circa absentes, non nisi precibus ignitis postulant prestante, & oblatione sanguinis & meritorum Christi Domini, quo modo Beata ista multorum conuersionem impetravit à Deo.

Cum Pater noster Iulius Mancinellus solitus esset sapientissime orare pro conuersione Gentium,

4. par. vii.  
cap. 33.

2. par. viii.  
cap. 12.

C 3

lium,

h. 25. in  
Gen.

lium, & Hæretorum, in quædā visione, quam habuerat 28. Augusti Ann. 1603. per Angelos, intellexit, debere eum etiam pro conuersione Hebræorum orare. Sic scriptum est ab ipsomet in lib. I. Sensuum spiritualium pag. 115. Non mirum Deum optare, vt pro conuersione intimorum suorum oremus, quia, vt ait S. Chrysostomus, Nihil est, quod ita Deum exhibaret, atque conuersio nostra, & à peccato ad virtutem regressus. Porro, vt benè monet B. Laurentius Iustinianus libro de compunctione & complanetu Christianæ perfectionis. Pro peccatoribus ed r̄isque orationibus & lacrymis insistendum est, atque diuina misericordia imploranda, quoique qui fuerant mortui audiunt interiorū preceptoris vocem & reuiniscant, & ad se redeuntes propria errata deplorent, confiteantur delicta, eademq; largis Eleemosynis redimant. Nullum prorsus tam graue delictum est, quod non Eleemosynis & oratione purgetur.

33. Secundo, Commandanda est Deo liberatio animarum ex Purgatorio. Extat magni solatij promissio à Christo Domino facta S. Gertrudi Virginis: Qui pro peccatoribus & animabus purgandis deuotè orauerit, hoc tam dignanter acceptabo, ac si ad me incarceratum crebrius veniendo blanda consolacionibus suis, desolationem meam subleuasset. Adiecit Dominus: Si quis in predictis se quotidie pro amore meo exercitauerit, inter predicta verò erat etiam, omni die ludere aliqua adiutoriora verba, sacra scriptura recitare, legere aliquid ad confirmationem vel deuotionem excitandam, in aliquâ virtute quotidie se exercere, alicuius virtutis vel tentationi resistere) & specialiter tempore quadragesimali, hunc indubitanter cum totâ diuina fuitate meâ regali gloriâ, nec non amicabilis fidelitate dignanter remunerabo, sicut hoc incomprehensibilem omnipotentiam & inscrutabilem sapientiam, dulcissimamq; benevolentiam meam, vñquam liberalius decet adimplere. Et alia vice, oráte S. Gertrudis, diu. trude, & petente, quām acceptus esset Domino labor earum, in recitando Psalterio pro defunctis; Respondit Dominus: Tam acceptus certe, ac si memetipsum toties suo prelio à captivitate liberasset, quoties aliqua liberatur anima per orationem earum. Et hoc ipsis indubitanter restituam in tempore opportuno, secundam omnipotentiam meâ liberalissima pietatis. Hinc illa: Et quot animas, inquit, dignatur tua clementia cuiuslibet orationibus donare absolutas? Respondit Dominus: secundum quod cuiuslibet affectus meretur.

1.2. vit. c. 17. Pro mortuis noster Pater Petrus Faber, inquit Orlandinus, Singulares ipsis Deo preces & hostias sollicitus offerebat. Optabat aliquando vim sentire dolorum Christi, quos Passione sua tempore, pro sua misericordia ex tot animarum cruciatibus, ante oculos iam tum positos sentiebat. Ergo ipsismet Christi Filii eruciatus ad Patrem, pro earum cruciatibus; angores pro angoribus; dolores pro doloribus allegabat. Et ipsis nominatim Christo Domino supplicabat, per illam eius charitatem atque misericordiam, quâ latroni in cruce pendenti dixit: Hodie tecum eris in Paradyso: neque enim minore illas animas necessitate vrgeri. Porro in

animis iuuandiis ad indigentiam cuiusq; accommodabat precandi rationem: vt veniam à Deo cuique petret, pro eis maximè rebus, in quibus quisque habita personarum munerationg; ratione, petuisset aliquando pecare &c, versabantur ante oculos mentis, anima illa simplices, quæ longè aeriore cruciatu, mala omnia pœnæ persuaderent, quām si suis essent predita & vestitæ corporibus. Longe quippe interiorem profundoremq; putabat esse dolorem, qui animo sine corpore, quām qui per corpus infirmit: quād mortali corpore intermedio, distractur quodammodo dolor atque disiudit, ne totu penetrat & feratur in anenum: animus autem ipse nudus ac simplex, tanquam veste detracta, omnem doloris actum, omnem sensum panarium excipiat. Quamvis enim post nouissimum ludicrij diem, nihil illi ex corporis societate de dolore decedat, quin etiam augatur, & duplicatus accedit, tamen hoc, quod gerimus corpus, longè alter affectum, non parum eleuat & obtundit dolores, qui animum tangunt. Nec dissimile est, quod S. Abbas Dorotheus sermone sexto docuit: Animam vitiosis affectibus, quos hinc deportat obnoxiam, vehementius solutam corpore, quam conundam, abiit, utique incendi. Quia sola est, inquit, cum cupiditatibus suis, à quibus inflammatur & ardet, nec est aliiquid intermedium, quo retardetur, as velut retusus hebetat dolor. Atque hac Fabro cogitatio, & misericordiam acuebat & preces: quas alia insuper cogitatio non mediocriter initabat, quanti denum interest, & ad honorem gloriamq; Dei. & ad commune Ecclesie bonum, substatuimus viuorum, vel vnius anima missio ex ilis ignibus percolantis in colum. Quamdiu enim in ista est, eam vi incompedibus vincitam esse ne aspirare posse illuc, ubi vel Dei gloriam, tam amantem & audiendam, vel nostras agitet apud Deum casas atque rationes: quærunt utrumque sanctæ animæ, simili in colum euolant, intenti à mente procurant.

94. Tertiò, Commandari Deo potest, emendatio in melius iustorum tepidè Deo seruentium. Tepor enim talium perducit eos ad magna scelerata. Ideo S. Chrysostomus ait Dauidem, eti vi. pop. ipsum secundum cor Dei, quia parvum neglexit, in ipsum precipitatum esse peccati barathrum. Hinc ibi infert: si iustus ille, paululum torpescens, talia accipit vulnera, quid patientur nos, si negligentes fuerimus? Quocirca magnum charitatis Christianæ opus est, orare pro talibus, ne sint negligentes & temerari, sed feruentes in obsequio Diuinae Maternitatis.

95. Quartò, Commandandus est Domino Profectus cum perseverantia finali, in sanctitate, & multiplicatio Sanctorum. Non potest perseverantiam illus de condigno mereri, vt tanquam dogma fidei, meliores docent Theologi, a. sed 29. potest de congruo, b. vt potest & solet precibus iustorum assiduis, & ardentibus impetrari, vt idem docent ex S. Augustino libro de bono d. 225. perseverantia, capite sexto. Nam, vt benè docet b. Vetus, S. Gregorius Papa, & ex eo S. Thomas: Perennis regni predestinationis est ab omnipotente Deo dispositio, vt ad hoc electi pro labore perueniant, quatenus possunt, stulando

Bulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus  
ante secula dispositus donare. Quod orationi tribuit  
etiam alii Sancti patres, &c. Quocirca etiam hanc  
ob causam meritò appellari potest oratio, clavis  
celi, sicut eam appellat S. Augustinus Sermone  
226. & lib. de salutem monitus cap. 18. Aperit enim  
celum, & impetrat necessaria pro celo, & altu  
in celo locum. Noveris filia charissima, ait Deus  
Pater S. Catharinae Senensis, quod in oratione humi  
tum. & fidelis, cum vera perseverantia lucratur  
animam perfectionem. Et omnem virtutem proinde &  
96. perieuerantiam finaliem. Quam ad rem facit  
Chrysostomus, p̄clatum solarium datum a S. Thoma, & re  
cepimus à Theologis, ac in sacra Scriptura fun  
dam: S. inquit, id quod petitur sit vtile ad beatitudi  
nem homini, quasi pertinens ad eius salutem, mere  
ndobus non solum orando, sed etiam alia bona opera  
servanda facendo. Et infra: Ponuntur, inquit, quatuor condi  
tiones, quibus concurrentibus, semper aliquis imperat  
97. q̄d od peccati, ut scilicet pro se petat, necessaria ad salutem,  
119. 83. p̄fueranter. Commandanda est ergo pre  
tulit, noscibus nostris, non nostra tantum, sed & aliorum  
honestitatis, salus, perfectio, & perseverantia finalis; id que  
eo securius & ardenter, quia iuxta certam Sā  
Thomæ & aliorum Theologorum doctrinam, homo non potest sibi ipso de condigno,  
semper infallibili merito, promereri reparacionem  
post lapsum, in modo nec de congruo, in sententiâ S.  
Thomas supra citati & Caetani, Medinæ, Con  
cordati, Alberti, Valentiae, Valsquez, quanquam et  
iam contraria sit probabilis quoad hanc secun  
dam partem, & teneatur à S. Bonaventura Sco  
to, Gabriele, Vega, Bellarmino lib. 5. de iustifica  
tione cap. 2. Suarez to. 3. de grat. libr. 12. cap. 38.  
Tantum 2. disp. 6. q. 6. dub. 9. n. 218. 221. potest  
tamen homo iustus alteri de conguo (non in  
fallibiliter) promereri reparacionem post lapsum:  
scilicet, tum auxilia actualia gracie ad conuer  
sionem opportuna & congrua, tum ipsam gra  
tiam sanctificantem, atque etiam gloriam, per  
ordinaria tamen media recipiendam, vt docet  
S. Thomas ex communi & certa doctorum sen  
tentia, quam etiam tradit S. Augustinus, & pro  
bat bene ex Scriptura Tann. disp. 6. de grat. 9. 6.  
dubio 7. n. 179. 180.

Quid. Petendum est à Deo, adiutorium eo  
rum, qui sunt in angustiis & necessitatibus ac  
tribulationibus variis, tum spiritus tum corpo  
ris positi. De P. Fabro in eius vita scribit Pater  
Orlandinus: Augebat dolorem maroremq; commis  
erans Fabri, quod de suis rebus atque miseriis referre  
ad Deum pleriq; nefarent. & humanis fretri præsidis,  
dumna negligerent. Que res pietatem hominis acriter  
stimulabat, vt alienas ipse Deo clades & exumas expo  
neret, eis pro omnibus omnium angustiis, perturbatio  
nibus, calamitatibus, egfestatibus, se supplicem exhibebat:  
vt vehementer cuperet, velut alter Moses, posse omni  
tempore sustinere manus elatas, vt hominibus tot inter  
prælia constituisse, totq; inter dolores, siue viuis, siue mor  
tuis, auxilium ac leuamentum afferret. Describerat si  
bi in animo varias hominum vexationes, & calamita  
tes, morbos, perturbationes, angores, fames, desperatio  
nes, egfestates, & alia id genus innumerata: vt tanquam  
bonus sedulusq; Sacerdos, qui, vt ait S. Chrysostomus, h. 6. in 1.  
quasi communis quidam totius terrarum orbis Pater,  
singulas causas ageret apud Deum. Et studio ardebat  
incredibili, vt ministrum sibi esse liceres liberatoris &  
vindicti Christi, per eumq; in suis cuiq; periculis, & ex  
ruminis opulteri, etiam in his, si audere fas est, qua cum  
sunt extra fines terminosq; naturæ, corrigi, sanariq; sine  
vi diuina miraculoq; non possent.

Sexto. Necesitates benefactorum nostrorum, 99.  
id est qui in temporalibus nos iuvant, & in spi  
ritualibus, inter quos sunt aduersarij, qui dant  
occasione meritorum, pro celo, datis occa  
sionibus humiliationis & patientiæ. Hæc ora  
tio pro benefactoribus fusa gratissima est Deo.  
Ideo bene dixit S. Agnes S. Brigitte: Nihil est pul  
chrius, aut acceptius Deo, quam ledentem diligere, &  
1.4. Reu.  
G. 11. 4.  
pro persecutibus exorare. Quod eos facere ait Coll. 11.  
Abbas Charermon, apud Cassianum, Qui ad c. 9. al. 10.  
Imaginem & similitudinem Dei peruenierunt, & filij  
Dei nuncupantur, & visceribus Dominica longamini  
tatis induuntur. Tales in Iudicio ultimo trium  
phabunt. Iubemur, inquit S. Chrysostomus, pro h. 4. in  
imicu orare, vt salutis illorum curam gerat. Hoc  
enim nobis potissimum in die illo terribili patricinabi  
tur, & redemptio maxima erit peccatorum nostro  
rum, si sic affecti fuerimus aduersus inimicos nostros.

Quid si quæras, cur oratio pro inimicis no  
stris, seu potius pro veris amicis, nobis corona  
rum cœlestium acquirendarum materiam sup  
peditantibus, adeo sit nobis utilis? Potest respon  
sio peti ex eodem S. Chrysostomo, alio in loco h. 3. de  
hanc rem ita describente: Ea res tibi pro martyris Dauidis  
imputabitur, si insidias molientem, inter bene meritos & Sauli,  
numeraris, non desinen: orare pro illo; Deum obsecran  
do, vt illi fiat propitius. Cum Pater Iulius Manci  
nelli videtur gloriam magnam in celo S. Lau  
rentij Martyris, inter alia, quæ tunc accepit cœ  
lestia lumina, fuit & hoc: Debere nos serio orare pro  
benefactoribus, non solum propter res, siue bona tempo  
ralia collata, verum etiam ob effectum charitatis, quo  
donauerunt: qui pluris est estimandus, & utrique re  
ponendum; scilicet rebus, cum labore & af*s*iduitate  
orando, effectui charitatis, eo modo eos diligendo, & bo  
na à Deo illi impetrando. Denique responderi diuino  
honoris & dilectioni, quoniam illi dederunt res suas in  
tuitu Dei. Similiter nos ad recompensandam taleni re  
uerentiam, amorem & pietatem eorum erga Deum in  
elargitione Eleemosynarum, debemus bene illis velle, &  
à Deo petere, vt ex re compensatione gratiarum in  
Deo, promoueantur ad Deum honorandum per talia  
opera charitatis. Sic in libr. Sens. Spirit. Patris.  
Mancinelli pag. 72. Eadem diuinis reuelatum  
fuit, tanquam commendatione dignum, &  
Deo acceptum, eum esse vnum è septem, qui in  
Ecclesiâ Dei militante, præ cæteris, pro aliis o  
raret.

Septimo. Qui perfectioni acquirendæ serio 100.  
C 4. incum-

incumbunt, orant Deum ardentissimè, ut illos affligi in hac vita faciat quām maximè, sine eius offensa, & sine impedimento eius gloriae. Quod enim licet aptare, licet & petere à Deo: Sancti autem omnes eximij, optabant perpetuis crucibus aduersitatum onerari. Ideo S. Iob dicebat, non ex tædio, sed ex desiderio & amore crucis:

*Quis dñe. vt veniat petitio mea, & quod expecto, tribui mibi Deus? Et qui cepit ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me: & hoc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat. Et vir secundum cor Dei David, vt pōderauit Abbas Theodorus apud Caſtianum, orans pro salutati emūdatione, quam parū tribulatio, petebat à Deo: Proba me Domine, & tenta me, vnde renes meos, & cor meum. Ieremias quoque: Corripe nos Domine. Similia his petebat S. Franciscus, teste S. Bonaventurā in eius vita. Et noster S. Xauerius cum Bononie, ante iter Indicum, Deo reuelante per S. Hieronymum apparentem, cognouisset, se multis crucis in Indiis portaturum, exclamauit: Plus Domine, plus. Ita sapienter ei persecutiones, viti & S. Teresiæ quæ dicebat, non aliam ob causam se velle vivere diuitiis, quām vt patetur plura. Hinc ei hoc erat in ore: Aut pati aut mori. Petendae ergo sunt crucis à Deo pro nobis crucifixio. Ab illo Deo, qui dixit: Qui non baulet crūcem suam, & venit post me, non potest me esse discipulus. Et alibi: Qui non accipit crūcem suam, & sequitur me, non est me dignus. Ideo Apostolus iis delectabatur, & dicebat: Placo mibi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.*

Octauo Orari potest, pro Beatis, vt illorum gloria accidentalis augeatur. Exempli gratiâ, quilibet Religiosus potest orare, vt eius Ordinis Religiōsi sancte viuant, & aliqui suo tempore canonizentur: vt alia beneficia à Deo & hominibus percipient, & hiis Fundator gaudium accidentale percipiant ex hac re, vel in Deo visa, vel per reuelationem à Deo ipsi ostensa. Id pertinet Sacerdotes in Missa quotidie: Suscipe S. Trinitas &c. vt proficit Sanctis ad honorem (sicilic accidentalem) nobis autem ad salutem &c. Vnde Innocentius tertius Papa, Pleriq[ue] inquit, reputant non indignum Sanctorum gloriam vsque ad indicum augmentari. & ideo Ecclesiam posse augmentum glorificationis eorum (accidentalis) optare. Idque docet Bellarminus, Suarez, Vasquez, Ioannes Sanchez & alij. Et tale gaudium accidentale est illud Angelorum, Luca 15, qui gaudent de peccatore paenitentiam agente, vt ait Sotus. Atque hoc sensu B. Virgo Maria reuelauit S. Thomas Cantuariensi Archipiscopo, suam gloriam semper in celis noua sumere incrementa, hoc est, gaudium accidentale semper illi nouum & nouum accende-

re, ex bonis operibus iustorum, praesertim eius

d. 223, c. 5. clientum. Idem peti potest pro aliis Beatis, vt ab

num. 41. hominibus pie colantur & honorentur modis

num. 12. in S. Ecclesia visitatis, qui procul dubio eis à Deo

reuelati, sunt eis noua accessio gaudij, atque ita Sart. in 4. gloriae accidentalis. Sicut idem Beati toties d. 45. q. 2. gaudium accidentale percipiunt, quoties fidelis Eucharistiam accipit: vt reuelatum fuit S. 1. 3. c. 18. Gertrudi, & obseruauit Ioannes Sanchez in suis 15. disp. 25. n. 11. selectis disputationibus.

## CAP VT VNDECIMVM.

De multiplici Gratiarum actione.

Virtus gratitudinis, quam Deo ex multis capitibus debemus, ob beneficia in nos collata, & promissa, & conferenda, quinque actus habet, benē explicatos à nostro Theophilo Raynaudo in aureo opere de virtutibus & virtutis, quod præclaris sacrorum & profanorum Doctrinis velut gemmis ornauit.

Primus actus est, affirmatio beneficij interna cum Sen. l. 2. memoria eius coniuncta. Secundus, acceptio benigna, de beneficiis clarata in externa testificatione affirmatio interne c. 22. 23. beneficij à Deo collati. Tertius est, gratiarum actio ad Ambr. 1. benefactorem directa, ob estimatum internè & acceptum beneficium. Quartus est, beneficij commemo- cap. 25. ratio. Quintus beneficij repensio.

Nos hic de tertio actu gratitudinis agemus.

Sextum ergo genus affectuum est, gratiarum actio pro beneficiis diuinis. Que quisquis ad plenum pandere conatus fuerit, similius esse censendum est illi, inquit B. Laurentius Iustinianus, qui latissima maris fluenta in vase minimo concludere moliretur. Vtrunque enim quamvis impossibile hominibus sit, facilius tamen, si dicere licet, aquoris vnde concluderetur in vasculo, quām innumerabilia Dei dona humano valeant promulgari eloquio. Caterū quāmuis ex sui multitudine, magnitudine, & incomprehensibilitate ineffabilis sit, nequaquam tamen sunt aut tegenda silentio, seu præ propagandi impossibilitate sphenenda. Confitenda quippe sunt ore, corde veneranda, atque religione colenda, prout paruitati datur mortalium: qui si non sufficiunt explicare verbo, pio tamen eadem, & dilatato cordis fateantur affectu. Ipsa siquidem aeterni nostri Conditoris summa clementia, non quod valeat homo, sed quid agere concupiscat, approbare cognoscitur. Non enim in actu tantummodo operis, verum etiam in desiderio apud Altissimum, iustorum merita subsistunt voluntatis. Huius dilatata voluntatis effectus præcipiuus, est gratiarum actio pro beneficiis diuinis, commendata ab Apostolo 1. Thess. Paulo: In omnibus gratias agite. Et alibi: Implementi 5. 17. Spiritu Sancto, gratias agentes semper pro omnibus. Ephes. 5. Quod ne fiat, diabolus, vt ait S. Basilius, Asidua Reg. 20. suis artificiis nos circumuenire, & mundialis istius vita fula, illecebris inescans, omni conatu efficiere studet, vt dominorum nobis beneficiorum, Dei, ipsius memoriam ex animis nostris reuelat. Valde enim gratiarum actio pro diuinis beneficiis Deo placet, & nobis plurimum prodest. Et quidem predest, tū quia merita nostra auget, tum quia, vt infra videbimus, dona Dei noua nobis conciliat, & quodam modo